



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite Christiano

Erasmus, Desiderius

Lypsi, 1516

VD16 E 2746

Erasmi Roterodami Ode Dicolos, Distrophos, altero versu Heroico
Hexametro, altero lambico dimaetro. De casa natalicia pueri Iesu, deq[ue]
paupere puerperio virginis deiparae Mariae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33324

perfectum. In eodem bene vale frater & amice, semp quidē
animo dilecte meo, at nūc multo q̄ antehac tum charior, tum
iocundior. Apud diui Audomari, ex monasterio Bertinico,
Anno a Christo nato supra Milleſimū quingēteſimo primo,

¶ Finis Enchiridij.

ERASMI ROTERODAMI ODE DICO
los, Diſtrophos, altero verſu Heroico Hexametro,
altero Iambico dimetro. De caſa natalicia
pueri Ieſu, deq; paupere puerperio
virginis deiparæ Mariæ.

Ecquid adhuc ſequimur veterum ſpectacula rerum?

Huc huc frequens currite.

Hec caſa/que lacera/& ſtat agreſtibus horrida culmis
Nouum dabit ſpectaculum.

Quale nihil ſeculis proauū videre vetuſtis;

Nihil videbunt poſteri.

Hic cuius tonitru telluſq; tremiſcit & æther:

Teneris crepat vagitibus.

Hic orbis magni moderator maximus/ infans

Virginea mulget vbera.

His ego non ſtabulis anguſta palatia Rhomę

Fœliciora iudicem.

Non (operofa licet) Solomonia templa, nec auream

Lydi tyranni regiam.

Salue clara domus cœloq; beator ipſo;

Partuſ ſacrati conſcia.

Iure ſibi Iouis inuideant capitolia falſi;

Diuſ ſuperba ſaxeis.



Aegyptus sancta inuideat cunabula : monstris
 Finem datura turpibus :
 Nec minus apta deo es : q̄ hiantibus vndiq̄ rimis
 Hymbres & Euros accipis
 Q̄ Lodicis egens : rigidocq̄ incōmoda feno /
 Fœtus rubentes excipis.
 Talia nascentem decuere cubilia Christum : vt
 Qui dedocere venerit
 Fastum : nullaq̄ non suadentem turpia luxum .
 Non hic renident purpure
 Sertaue frondea : nō imitantes fulmina tede :
 Non mensa sumptuosior .
 Nec strepit officijs domus ambiciofa : nec alti
 Fouent puerperam thori.
 Pannosus iacet in duris præsepibus infans :
 Diuinus attamen vigor
 Emicat : & patrioe vagitu dispuit ignes.
 Sensere præsentem deum :
 (Q̄q̄ licet) puero iumenta tepentibus auris
 Frigus decembre temperant.
 Vpilio calamis iisdem : quibus ante capellis
 Agreste : sed pium canit.
 Aethereiç chori volitant cunabula circum :
 Vt mensibus vernis / apum
 Degenerem simul ac pepulere examina regem /
 Regi nouo / fauentibus
 Applaudunt alis : sublimēq̄ agmine tollunt :
 Sic turma cœlitum / duci
 Circūfusa suo / gaudens stupet : atq̄ iacentem
 Pronis adorat vultibus.
 Et natalicium sonat ad præsepia carmen :
 Coniunx pudicus interim
 Fulus humi : magnum trepidus veneratur alumnum
 Porro puella nobilis

Pars bona spectaci/defixis heret ocellis,
Primumq; sese non capit,
Seq; suumq; stupens genitrix virguncula partum/
Nulli marito debitum,
At simul eiecit pietas materna stuporem:
Prædulce pignus corripit:
Ac modo porrectis prohibet vagire papillis:
Modo tepente frigidum
Blanda fouet gremio, paruisq; dat oscula labris
Nunc pectori adprimit suo:
Nunc blefo teneros inuitat murmure somnos
Amabili inuicem modo
Letam prole deo videas gestire parentem:
Prolem parente virgine,
τελος

¶ Lipsi, in ædibus Valentini Schumans
Calcographi diligentissimi. Octa-
uo Calendas Septembris.
Anno &c. xvi.

